

## Alte Drucke

### **Postillae siue Conciones In Epistolas Et Euangelia quæ ab adventu vsque ad Pascha in Ecclesia legi consueuerunt ...**

POSTILLAE || siue Conciones || IN EPISTOLAS ET || Euangelia quæ ab Aduentu vsque ad || Pascha in Ecclesia legi consueue-||runt, authore R. patre D. || Ioanne Fero Conciona-||tore absolutissimo, ...

**Wild, Johann**

**Antverpiae, 1559**

Reuerendissimo IN CHRISTO PRINCIPI AC DOMINO, Domino Sebastiano sanctae sedis Moguntinae Archipraesuli, Sacri Rom. Imperii per Germaniam Archicancellario & Electori, &c. Domino & Principi suo ...

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150400**

EPISTOLA.

Et tutelam recipere, in qua ea retinere dignetur. His Reuerentia.  
Cels. V. vna cum omnibus subditis suis exuberantissimæ  
gratiae dei humillimè commendo, qui Celsitudinem V. &  
vniuersos nos temporibus istis exulceratissimis periculo-  
sissimisq; à damno animarum, corporis, famæ, bonorumq;  
defendat, in via sua ducat & conseruet, & post hanc calamitatem  
etiam vitam in æternum suum regnum suscipiat. Amen.

Datum in Reuerend. Cels. V. ciuitate Moguntia ipsis Ca-  
lendis Martij, Anno 1. 5. 5. 2. ab anno 1528 anno 1539 ad hunc  
+ J. Lambregtius ab anno 1539 ad 1539 in Cœlestiolum regit.

Reuerend. Cels. V.

Subditissimus & semper paratissi-  
mus Sacellanus

F. Ioannes Ferus nunc temporis  
parum idoneus Concionator in  
summa æde.

# Reuerendissimo

IN CHRISTO PRINCIPI AC DOMINO,  
Domino Sebastiano sanctæ sedis Moguntinae Archio-  
præfili, Sacri Rom. Imperii per Germaniam Ar-  
chicancellario & Electori, &c. Domino &  
Principi suo clementissimo.



On me fugit, quanta latini sermonis copia  
& vberitate instructum conueniat eum esse,  
qui ex bono Germanico authore, bonum  
latinum facere nitatur, hac maximè & state,  
quæ sermonis delitiae ita assuevit, ut nisi ter-  
sa, polita, & bene culta sit oratio, vix tolera-  
bilis sit, ita ut meritò triumphet, cui licet latere & teſto ab-  
ſcedere, vt ille ait: Hoc, inquam, cum me nō fugeret, & ego  
quām mea latine lingua curia supplex eset, mihi essem cō-  
ſcius, nunquam in animū induxeram ante hac, cuiusquam  
scripta transferre, nedum eius viri, cuius lucubrationes, si  
quæ alterius vñquam fuerunt, certè dignæ sunt quæ quām  
puriss.

## EPISTOLA.

purissimè vertantur. Nec clam me est, seculum istud, cum viros tum adolescentes in elegantiore literatura ferre plurimos, eosq; eximios, qui hanc prouinciam obire summa cum laude, nec minore cum uisitate christianæ reipub. potuerissent. His ego, si mature negotium aggressi fuissent, ut merito, ita libenter locum dederent. Quia vero hoc Homiliarum opus à multis latinè desideratū fuit, visum est Typographis, quorum opera & sumptibus Germanicum in: uulgatum erat, ut ego vertendum susciparem. Suscepi, & quidem eō libetius, quod intelligebam ipsum. Authorem per se probatum esse, & ab omnibus cupidē legi, sperās hoc pacto lectores, nō tam orationis phaleratae & dictio[n]is ele gantię, quam eius quod verbis quibuscunq; significaretur, nempe quod ex authoris diuino ingenio protectum esset, rationem habituros, facturosq; planè id, quod solent, qui annulum mercantur pretio magno, nec confuderant aurū ne sit, an aliud metallum, quo gemma continetur, sed ob gemmam solam, ingentem pecuniarum vim tantum non profundunt. Hoc si faciunt h[ab]itūtē in re, quam etiam nonnulli ob Christum spernunt, vtpote nihil ad beatitudinem facientem, quid illi faciunt, cogitabam, in hoc libro longe omnium pretiosissimo, & eo planè libro, qui non vnam continet gemmam, sed innumerabilium vniōnū thesaurus est? Quid enim vera & germana doctrina Euangelica præstan tius? Ea autem, si hic nō purē, sancte, sincereq; traditur, certe nusquam traditur. Hinc absunt omnes affectus, abest omnis amarulentia, abest omni rixandi studium (quibus etiam doctissimorum virorum alioqui scripta non rarō labore solent) ita ut ipse doctrinæ candor & sinceritas ad huius libri lectionem neminem non inuitare posset. Hac itaq; spe, vertendi labore aggressus, primā Homiliarum partem ad umbilicū (laus superis) perduxī. Nec tōre quenquam confido, qui mihi vitio vertet, quod hoc conati ausus fuerim, prefertim si sciet me non proprio ausu animum ad hoc studium appulisse, sed Typographorum inductum hortatibus, neq; id fecisse absq; Authoris cōsensu, qui mihi solus reformidandus fuisset, si quid temerē incepisse. Sed tamen vt nunc sunt mores hominum, nulla res, nullum negotiū tam iustis de causis suscipitur, quin adsinet, qui id criminentur, alioqui haud dubie rumpendi, ni suo morem gerat ingenio. Hos tametsi minimè curādos existi-

\* 5 mem,

EPISTOLA.

mem, tamen ne illorum iniuria inualefacat, dispiciendum  
putavi, cui hunc meum laborem potissimum dedicarem,  
sub cuius auspiciis in publicum prodiret, & cuius authoris  
tare à maleorum, non dico morsibus, sed violentis mor-  
ibus tutus esset. Cui autem iustius dedicandum censuisti  
sem, quād illi, qui ut Germanicum opus in hominum ma-  
nus veniret, auctor fuit & causa? Ea fuit Reuerendis. Cels.  
V. quæ populo suæ fidei concredito, vera doctrina euange-  
lica cum primis prospectum voluit, & idcirco Reuerendis.  
Patrem Ioannem Ferum, virum sue eruditioem sue ani-  
mi recititudinem ac pietatem spectemus omni existimatio-  
ne maiorem, ad hoc Homiliarum opus conscribendū per-  
mouit, quod & ipsum amplissimo Cels. V. nomini conse-  
cravit. Cum ergo hic sit id liber, qui fuit ante, nihil enim  
ab Authoris mente, ne vel latum vnguem, quod memini,  
descendi, & in eadem Reuerend. Cels. V. primaria ciuitate  
Moguntina, in qua primum compositus est, à me latinitae  
donatus est (siquidem hic iam supra annum ago, domesti-  
ca ac iucunda fruens cōsuetudine Cypriani Vomelij Phry-  
sii legum Doctoris clarissimi, pari prudentia ac eloquentia  
viri) certè iure ad Reuerendis. Cels. V. spectare videtur.  
Quod etiam si non eset, nihilo tamē feciis hoc faciendum  
minī putassem, ob pium & singulare studium, industriam,  
& conatus, quos Reuerendis. Cels. V. ab hinc iam aliquot  
annos adhibuit ad germanam christianam doctrinam pro-  
uehendam, nec etiamdum adhibere cessat. Quare ut Am-  
pliudo V. Reuerendis hanc versionem meam, mēc vñā, ut  
qui si Deus conatibus fuerit & Typographorum, quorū  
imperis nunc viuo, à me requisierint, & in reliquis eiusdem  
Authoris scriptis pro virili laborare decreui, suo patroci-  
nio clementer dignetur, humillimè etiam atq; etiam rogo.  
Quod superest, Deum Opt. Max. precor, ut Reuerendis.  
Cels. V. in multis annos incolamē seruet. Datum in Re-  
verend. Cels. V. ciuitate Moguntina in Quercu Maiore,  
III. Idus Augusti, Anno 1554.

Reuerend. Cels. V.

M. Ioannes Gunthe-  
rus addic̄tis.